

& alii eos ad Synodos suas cogunt accedere, ac suis constitutionibus subjacere: nec his contenti, capitula & scrupula in locis fratrum pro his corrigendis facturos se comminantur, fidelitatem juramento firmatam ab eorum Ministris & Custodibus exigentes, eis quoque, ut tam extra civitates, quam intra cum eis processionaliter veniant, ex levi causa mandantes, excommunicationis sententiam fulminant in benefactores ipsorum: & ipsorum fratribus comminantes, eos de locis, in quibus Domino famulantur, faragunt amovere, nisi eis obediunt in omnibus supradictis. Ad hoc ne fratres ad honorabiles civitates, & villas devotè vocati accedere audeant inhibentes, tam in accedentes fratres, quam in receptores eorum presunt excommunicationis sententiam promulgare. Ab eis etiam de hortorum fructibus decimas, necnon de habitaculis fratrum, sicut de Judaeorum domibus, contendunt redditus extorquere: afferendo, quod nisi fratres morantur ibidem, ab aliis habitatoribus proventus aliqui solverentur, & ut ipsos suae subdanti totaliter ditioni, eisdem Ministris & Custodes volunt praeficere pro suae arbitrio voluntatis. Quocirca mandamus, quatenus universi & singuli a praenotatis gravaminibus desistatis, subditos vestros ab hujusmodi articulis compescendo.

¶ PITH. 15 Nimis praeva. Vvestmonaster. 154. Matth. Paris 454.

18 Bracrensis & Colmbriensis seu Colmbriensis Episcopatus sunt vetustissimi in Portugalia.

XVIII. IDEM Archiepiscopo Bracren. [c. an. 1236. Romā in Hispaniam.]

Non servans interdictum, suspensus est ab officio & beneficio, & omni jurisdictione. Hoc dicit, secundum unum intellectum.

Tanta est clavis Petri: Et infra. Ad confusionem P. Episcopi quondam Colubriensis, non potest in memoriam non venire, quantum in nos & Ecclesiam Romanam deliquerit, deflexerit Petri claves, & Ecclesiasticam laeserit potestatem, cum non solum interdicti sententiam, quam servaverat ab initio, temere violavit, verum etiam induxit alios, imò compulsi non servare: & quos inducere monitis, & flectere minis ac terribus ad violandam interdicti sententiam nulla potuit ratione, post atroces injurias, amissionem bonorum, spoliationem parentum, dignitatibus, praebendis, & beneficiis spoliatis, coegit miserabiliter exulare, ea suis in hac parte favoribus non obsequio praesumptione temeraria conferendo, quae omnia idem Episcopus in nostra & fratrum nostrorum praesentia publice recognovit. Licet autem memoratus Episcopus in manibus nostris spontanea cessit voluntate, nolentes tamen, ut hi qui hujusmodi sententiam interdicti non sunt veriti temeritate propria violare, ac recipere dignitates, praebendas, ac beneficia aliorum, qui abique culpa & sine causa rationabili eis fuerant spoliati, feveritatem effugiant Canonice ultionis, ne facti perversitas transeat praesumptoris in exemplum: auctoritate Dei omnipotentis, omnem institutionem, destinationem, collationem praebendarum, beneficiorum ac dignitatum praesumptas per eundem Episcopum, & excommunicationis seu interdicti sententiam, in quocumque hac occasione prolata ab eo post-interdicti violationem ejusdem, decernimus irritas & inanes. Quia vero ubi magis exceditur, ibi est feverius vindicandum: mandamus, quatenus omnibus, quos praedictus Episcopus in supradicta beneficia, praebendas & dignitates intrulit, non solum a beneficiis ipsis, praebendis & dignitatibus, verum etiam ab aliis beneficiis, si qua obtinent, & Ecclesiam prorsus amotis, tam praesumptores eosdem, quam omnes alios, qui praesentium interdictum violaverunt, suspendas, auctoritate Apostolica, ab officio & beneficio. Illos quoque, quos in personas & res praedictorum Canoniarum, Praedictorum & Clericorum manus temerarias consiliter extendisse, ad nostram venire compellas praesentiam, pro meritis sententiam receptores, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

DE NOVI OPERIS NUNCIATIONE. TITULUS XXXII. I. LUCIUS III. Paduano Episcopo. [c. an. 1181. Romā in Lombardiam.]

Etiā Ecclesia adificata post nunciacionem novi operis, destruetur, & expensis constructis: Hoc dicit cum sequen.

INTELLEXIMUS ex literis tuis, quod cum causa, quae vertitur inter Priorem Sancti Cypriani, & Clericos de Rodigio super Capella, quae in praedictum baptismalis Ecclesiae de Coita, ab eisdem Clericis est constructa, f. t. delegata fuisset: [Et infra a.] Quia vero sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum, Principum constitutionibus adjuvantur: F. t. mandamus, quatenus diligenter considerans, quod post nunciacionem novi operis, live jure, live injuria aliquid contruatur, legalibus debet constitutionibus demoliri: & quia nulla Ecclesia in praedictum est alterius

construenda e, negotium ipsum secundum legum & Canonum statuta non differat terminare.

¶ Fine Canonice terminanda, partibus autem ad tuam praesentiam convocatis per testes sufficienter tibi imnotatis, quod praefata Ecclesia de Rodigio eandem Capellam post appell. ad nos factam, & nunciacionem novi operis adificare incaperat, & ob hoc praefatus Prior in iudicio postulat, quicquid in praedicta Capella post appell. ad nos factam, & nunciacionem novi operis factum fuerat, penitus demoliri. Super quo dist. t. dubium videbatur utrum ad hoc procedi posset Canonico iudicio, cum nihil de nunciacione novi operis sit in Canonibus definitum, duxisti Sed. Apostolicam consulendam.

¶ PITH. 1 Clericos de Rodigio. Vvestmonast. 47. Ecclesia de Rodigio dedicata.

II. INNOCENTIUS III. Cantuarien. Archiepiscopo. [c. an. 1210. Romā in Angliam.]

Summatum, ut supra cap. prox.

Cum ex injuncto: [Et infra a.] F. t. mandamus, quatenus quicquid adificatum est in Ecclesia de Lamech, post novi operis nunciacionem, expensis tuis facias penitus demoliri, eo non obstante si etiam absens extiteris, cum cautum sit legitima functione, ut si is, cui opus novum fuerat nunciatum, ante remissionem adificaverit, deinde agere coeperit jus sibi esse ita adificatum habere, sibi debet actio denegari, reducens prorsus in irritum, quicquid de instituendis ibi Canonicis & aliis, ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, a te vel praedecessore tuo cognoscitur ordinatum, eorum redditibus ad statum pristinum revocatis, quos ab obligatione praestiti juramenti, pro non revocatis instituti fuerunt, auctoritate nostra per te eo quod ibidem instituti absolventur: cum enim amodo non denunciar precipimus absolventur: cum enim amodo non teneat principale, quicquid ex eo, vel ob id fecutum est, sub praemissa districtione decernimus irritandum: [Et infra a.] Super eo quoque non sufficimus admirari, quod cum viri Religiosi Monachi Cantuarien. qui omnia dimiserunt pro Christo, tot laboribus & periculis personas & res non dubitaverunt frequenter exponere: quod non fecissent nisi cognoscere praemissa respicere in grave Cantuarien. Ecclesiae detrimentum, vel saltem pro vitando tam gravi scandalo proximorum, ab hujusmodi etiam tibi prohibitis non cessasti: cum Sacrae Scripturae testimonio debeueras didicisse, quod licet opera illa, quae sine mortali peccato omitti non possunt, non sunt pro vitando tam gravi scandalo: nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quae sine mortali peccato committi possunt pariter & dimitti, ut pro scandalo tollendo cessandum, & eis etiam pro vitando scandalo insistentium, unde Apostolus: Si scandalizatur frater, non comedam carnes in aeternum. Et Dominus in Evangelio contra eos, qui scandali praestant materiam: Vae, inquit, homini illi, per quem scandalum venit, &c. Et licet majorum scandalum sit vitandum, vitandum est etiam scandalum pusillorum, iuxta testimonium Veritatis: Qui scandalizaverit, inquit, unum de pusillis istis, qui in me credunt, &c. Finis ergo his taliter te imponatur, quod praeterita contradictionis rebellio per virtutem frequentis obedientiae valeat expiari.

¶ Distincta tibi injunctio mandavimus, ut in negotio Capelle de Lamech iuxta formam in literis Ap. comprehensam ab oppressione Monachorum Cantuarien. omnino cessares. Cum autem quae praemissimus, & similia in nostra fratrumque nostrorum praesentia prudenter essent a nunciis allegata, nos qui tempus accepimus iustitiam iudicandi, volentes illius vestigiis inherere, apud quem non est acceptio personarum, cuius locum licet indigni teneamus in terris, & ita vix regia prudenter debemus incedere, ut non declinemus ad dexteram, vel ad sinistram, praedecessores quoque nostros Urban. & Cle. & etiam Celestinum credentes amplius imitandos in illis, maxime quae deliberatione praevia statuerunt, de communi f. n. c.

¶ Sicut sancitum est in traditione Canonica & Civili. [¶ PITH. 2 Innocentius III.] Huberto. ¶ Cum ex injuncto, &c. Vide cap. 52. inf. de appellat. & Hitor. Archiepisc. Cantuarien. pag. 143. Vvaling. 73. & 75. Neubrig. 4. 33. & 4. 26. Matth. Paris 195. ¶ Ecclesia de Lamech. De Lamech. Matth. Paris 262. Lambesje. Lambesj.

III. HONORIUS III. [c. an. 1220. Romā in Galliam.]

In optione est nunciacionis novum opus, an intra tres menses de praedictum suo debeat ostendere, & interim cessatur ab opere: an vero recepta cautione de opere demolendo, statim adificare permittat. Hoc dicit cum sequen. Significantes Canonice Sanctae Opocuntiae Paris. anno 1190. tuit nobis, quod cum super eo, quod N. civis Parisien. in quadam platea Ecclesiae suae eis prohibentibus in sum adificabat praedictum & gravamen, deposuerunt coram Officiali Parisien. Archidaco, questionem, eis offerentibus incontinenti probare praedictum, & plateam ad suam Ecclesiam pertinere, ac praedictum ut non obstante, quod dictus N. cautionem de demolendo opere offerbat, adificium prohiberi. Et quia idem Officialis interloquendo decrevit probationes

eorum admittendas esse, ac ab opere interim quiescendum, idem N. ad Senon. Ecclesiam provocavit. Sed cum Senon. Officialis eadem interlocutoria revocata, decreverit ad opus sub cautione de demolendo ipso, non admittis eorum probationibus, procedendum, praedicti Canonici nostram audientiam appellarunt: [Et infra a.] Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, quicquid post appellationem hujusmodi inveneris attentatum, &c. [¶ Unde petebant ut ipsorum probationes recipi, & probibere adificium mandavimus.] ¶ PITH. 4 Honorius III. Decano & Praeposito Majoris Ecclesiae, & Magistro Michaeli Canonico Sancti Nicolai Ambianensis. ¶ N. civis Parisiensis. Nicolaus Rufus civis Parisiensis. ¶ In quadam platea Ecclesiae suae. V. C. addit, infra Clausuram ipsorum sita. ¶ Et plateam. & praedictam plateam.

IV. GREGORIUS IX. [c. an. 1230. Romā.]

Summatum est supra Cap. prox.

¶ Denunciavit. ¶ S cui opus novum te nunciavit, proponis, non obstante cautione, quae offertur ab ipso de opere destruendo, si non jure adificatum existat, teneatur te per trium mensium spatium edificare, juris tui praedictum probare volentem.

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS PRIVILEGIATORUM.

TITULUS XXXIII.

I. LEO PAPA. [c. an. 459. Romā.]

Episcopalis Dignitas non debet tribui, nisi locis insignibus & populosis.

EPISCOPALIA gubernacula non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus praesidere oportet: ne honor, cui debent excellentiora committi, sui numerositate vilescat.

II. GREGORIUS P. Subdiacono. [c. an. 600. Romā.]

Non obstante privilegio sori, potest Laicus Ecclesiam malefactorum per Ecclesiam puniri.

¶ C. d. eod. tit. in 1. Compil. ¶ ferre, legendum est, ex regisro.

¶ In Conc. Lateran. sub Alex. III. c. 9. & 1. c. 2. eod. tit. in 1. Compil. ¶ nunquam.

¶ veritatis, in Concilio.

III. ALEXANDER III. in Concilio Lateranen. [an. 1179. Romā.]

Religiosi etiam exempti Ecclesiae decimas non debent a Laicis recipere, sine consensu Diaconorum. Hoc dicit usque ad §. Excommunicationis.

¶ Um & plantare sacram Religionem, & plantatam fovere modis omnibus debeamus, nusquam hoc melius exequimur, quam si nutrire ea quae recta sunt, & corrigere quae profectum virtutis impediunt, commissa nobis auctoritate curemus. Fratrum autem & Coepiscoporum nostrorum conquestione compemur, quod Fratres Templi & Hospitalis, & alii Religiosi, indulta sibi ab Apostolica Sede privilegia excedentes, contra Episcopalem auctoritatem multa praesumpunt, quae & scandalum faciunt, & grave periculum animarum: [Et infra a.] Ecclesias igitur & decimas de manu Laicorum sine consensu Episcoporum tam illos, quam etiam quocumque alios Religiosos recipere prohibemus, dimissis quascumque contra tenorem istum aliquo tempore receperunt.

¶ Proposuerunt enim, quod Ecclesias recipient de manu Laicorum, excommunicatos & interdictos ad Ecclesiastica recipiant sacramenta, & ad sepulturam admittunt in curiis Ecclesiis suis praeter eorum conscientiam, & instituant, & amoveant Sacerdotes, & Fratres eorum ad elemosinas cunctibus est indulgentia eis, ut in adventu eorum jactuando emel in anno aperiantur Ecclesiae, atque in eis divina celebrantur Officia, plures ex eis de una sive de diversis domibus ad interdictum locum sepius accedentes, indulgentiam privilegiorum nostrorum in celebrandis Officiis, & sepeliendis mortuis abutuntur. & mortuos apud interdictas Ecclesias sepelire praesumpunt. Ocasione quoque Confraternitatum, quas in pluribus locis faciunt, robur & auctoritatem Episcopalem exercent, dum contra eorum sententiam sub aliquorum privilegiorum obtentu manere cunctos intendunt, qui ad eorum fraternitatem voluerunt se conferre. In his autem quia non tam de majorum conscientia, quam de minorum districtione excidit, & remota ea in quibus excedunt, & quae dubitationem faciunt, decrevimus declaranda. ¶ PITH. 1 Cum & plantare. G. Tyrus lib. 18. cap. 3. pag. 425.

Excommunicati & interdicti omnino non debent admitti ad divina, etiam per Religiosos exemptos. Hoc dicit usque ad §. In Ecclesiis. Abbas Siculus.

§. 1. Excommunicatos quoque, & nominatim interdictos tam ab illis, quam ab aliis omnibus juxta Episcoporum sententiam statuimus evitandos.

Religiosi etiam exempti in Ecclesiis non pertinentibus ad eos, pleno jure non instituant, nec destituant, inconsultis Episcopis, sed rationem exigunt in temporibus ab institutis. Hoc dicit usque ad §. Quod si.

§. 2. In Ecclesiis vero suis, quae ad eos pleno jure non pertinent, instituendos Presbyteros Episcopis representent, ut eis de plebis cura respondeant. Ipsi vero pro rebus temporalibus rationem exhibent competentem. Institutos etiam inconsultis Episcopis non audeant remove. ¶ PITH. 2 In Ecclesiis vero, &c. Cap. 31. supra de Praebend. & Dignitat.

Hospitalarii & Templarii semel in anno celebrant in Ecclesia posita in loco interdicto, ibi tamen non sepeliuntur corpora mortuorum. Hoc dicit usque ad §. De Contratribus. Abbas.

¶ Quod si Templarii vel Hospitalarii ad Ecclesiam venerint interdictam, non, nisi semel in anno, ad Ecclesiasticum Officium admittantur; nec tunc ibi sepeliuntur corpora defunctorum.

Confratres exemptorum, seu ipsorum Oblati, qui in totum non se transferunt, judicari possunt ab Ordinariis locorum. Hoc dicit usque ad finem. Abbas Sicu.

§. 4. De Confratribus hoc constituimus, ut si non se praedictis Fratribus omnino reddiderint, sed in proprietatibus suis omnimodo duxerint remanendum; propter hoc ab Episcoporum suorum sententia nullatenus eximantur, fed potestatem suam in eos sicut in alios Paroecianos suos exercent, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi. Quod autem de praedictis Fratribus dictum est, ab aliis quoque Religiosis, qui praesumptione sua Episcoporum percipiunt jura, & contra Canonicas eorum sententias, & tenorem privilegiorum nostrorum venire praesumpunt; praecipimus observari. Si enim contra institutum hoc venerint & Ecclesiae, in quibus ista praesumpserint, subjaceant interdicto; & quod egerint, irritum habeatur. ¶ PITH. 3 Percipiunt. Praecipiant.

IV. IDEM Archiepiscopi, & Episcopi. [an. 1179. Romā.]

Suis privilegiis privandus est qui alienis derogat. Dillecti filii Fratres Hospitalis Hierosolymitani, transmissa nobis conquestione monstrarunt, quod vos eis de malefactoribus suis iustitiam facere non vultis, literam ipsorum recipere contempseris: [Et infra a.] Pro certo sciat, quod nos concessa vobis privilegia decurtabimus, cum Eccl. Rom. scriptis authenticis obviare minime timeatis.

¶ Nec ipsos elemosinas querere in vestris Parochiis, aut Confratres eorum sepelire aliquatenus permittatis. Quoniam igitur idem Fratres multis sunt libertatibus & privilegiis a Romanis Pontificibus praesumptis, quae ut nostris temporibus infringantur, nolimus sustinere: f. o. p. A. f. m. q. jam dictis Fratribus in his quae sibi à Rom. Ecclesia noscentur indulta fuisse, nullam provvisiolem faciat, nec ea sibi contradicere vel denegare aliquatenus attemptet. Si enim de vobis in veritate de cetero talia poterimus compere. ¶ PITH. 4 Fratres Hospitalis Hierosolymitani. Favabant Alexandro. Sigonius 521. Salisberienis 7. 21. 264. G. Tyrus lib. 18. cap. 3.

V. IDEM Cantuarien. Archiepiscopo. [an. 1179. Romā in Angliam.]

Etiā privilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam: & si admiserint, debent inde eos ejicere: & si non fecerint, Episcopus supplebit.

AD haec 2: [Et infra a.] Mandamus, quatenus Hospitalarii praecipias, ut si quos in excommunicatione defunctos in Cemeteriis Ecclesiarum sepeliverint, eos extra Cemeteria ejiciant: quod si facere noluerint, tu hoc de his, quos in excommunicatione defunctos esse constitit, exequaris.

¶ In Beatorum Apostolorum Principis Cathedra, Domino disponente, quanquam immeriti finis constituti, ut plantare debeamus quae ad divinum spectant decorem, & evelere & evadicare curemus quae obvia sunt rationi, & profectum impediunt salutis. Intelleximus sane quod Hospitalarii nominatim excommunicatos contra prohibitionem Episcoporum Ecclesiastica praesumpunt tradere sepulturae, non cogitantes quantum grave sit eis in morte communitate, quos, dum viverent, Ecclesia à suo sinu pro suis excessibus segregavit. Unde quoniam hujusmodi praesumptionem & temeritatem nolimus nec debemus aliquatenus solvare, f. o. p. A. f. ¶ PITH. 5 Ad haec, &c. G. Tyrus lib. 18. cap. 3. 7. 8. Nauclerus 850. Salisberienis 266.